

Zeitschrift: Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum
Herausgeber: Litteris Conradi Orellii et Soc.
Band: - (1746)
Heft: 1

Buchbesprechung: Nova literaria Helvetica

Autor: [s.n.]

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 18.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

NOVA LITERARIA HELVETICA.

TIGURUM. Illustre hujus Civitatis Gymnasium, (quo modestiore axiomate contenti sunt Tigurini) superiore anno magnam jacturam fecit in Viro Clariss. J. HENRICO HIRZELIO, Linguae Græcae Prof. P. & Collegii Carolini Canonico; Cujus deceßum hujusmodi munerum translatio inter publicos Doctores consecuta est: Ja Clariss. quondam Hirzelii locum ac præclarissimorum munerum hæreditatem ex Ampliss. Senatus Academici judicio & decreto successit JO. JACOBUS BREITINGERUS, cogitandi ac dicendi Artis in Collegio, quod ab Humanitate nomen habet, haec tenus Professor; qui etiam ipsa S. Felicis & Regulæ Feria novi munerae auspicia cepit Oratione Solenni de præcipuis Caussis propter quas Græcarum Literarum studium tantopere refrigescat. Illa autem quam Breitingerus reliquit Provincia in Virum Cl. JO. HENR. HIRZELIUM, Henrici Filium, Professorem Eloquentiæ & Hist. Eccles. P. translata est. Hæc vero docendi partes inter duos Clariss. Viros eodem Ampliss. Senatus Acad. Judicio distributæ sunt: Ita Historiæ Eccles. docendæ munus obtigit Viro Clariss. J. LEONHARDO HOLZHALBIO, qui hactenus Historiam profanam publice docuerat: Ad docendam vero Eloquentiam admotus est Vir Doctissimus FELIX ORELL, qui novum Munus adiit ad d. XVI. Novembr. MDCCXLV. soleni Oratione de Felicitate Seculi nostri, respectu Litterarum & Scientiarum.

II. Apud Heideggerum & Socc. hi fere Libri a
prælo adhuc recentes prostant:

1. Freymüthige Nachrichten von neuen Büchern
und andern zur Gelehrtheit gehörigen Sachen.
Zweyter Jahrgang 1745. in 4. Nova isthæc
Literaria, quæ hebdomodatim prodeunt, maxi-
mam partem ex Diariis, quæ in variis Germa-
niæ locis procudi solent, habito delectu, con-
cinnata sunt: neque in nuda Librorum recen-
sione subsistunt; sed judicia sua magna dicendi
Libertate interponunt, qui in his colligendis
ac disponendis operam suam collocant: In-
primis vero in examinandis ejus generis Scrip-
tis, quæ ad elegantiores Literas promovendas,
ac gustum aliquem masculæ eloquentiæ & Poe-
seos propinandum facere perhibentur, rigidi
Censores existunt. Liberaliter de hac opella
sentiunt Viri doctissimi, qui *Nova Litteraria*
Göttingensia procurant.
2. JO. FRIDERICI STAPFERI, V. D. M. Helv.
Bern. (cui nuper vacans Professio Theologica
in Acad. Marpurgensi oblata est) *Institutiones Theo-
logiæ Polemicæ universæ ordine scientifico dispositæ*.
Tomus IV. MDCCXLVI. in 8. Complectitur
hic Tomus Capita XIII.-XVII. quæ hæc sunt:
Cap. XIII. agit de Indifferentismo Religionum,
sive de Religione Prudentum, contra eos qui
statuunt, quamcunque Religionem profitearis
perinde esse. Cap. XIV. de Papismo. Cap. XV.
de Fanaticis, ubi Hypotheses *Antoniae Bourignon*
& *P. Poireti*, nec non *Val. Weigelii* & *Jac. Boeh-
mii*, immo etiam *Dippelii* placita sub examen
vocantur. Cap. XVI. de Pelagianismo. Cap.
XVII. de Arminianis.

3. J.

3. J. Georg Altmanns ordentlichen Lehrers der griechischen Sprache und der Sitten - Lehre Heilige Reden bey verschiedenen Gelegenheiten vorgetragen in der Grossen Münster - Kirche zu Bern. Erster Theil. Neue und verbesserte Ausgabe. 1745. in 8. Sacri isti Sermones adeo cupide lecti ac distracti sunt , ut primum hunc Tomum iterum proculo subjicere fuerit necesse , neque adeo laude mea aut commendatione indigent.
4. Novo etiam Tomo , scil. IVto aucta est hæc S. Sermonum Sylloge ; cujus argumenta paucis enarrabimus : 1.) Der gute Gebrauch der Zeit. Eph. V : 16. 2.) Die verschiedenen Wirkungen der Ausgiessung des H. Geistes auf das Pfingst - Fest. Actor. II : 1 = 5. 3.) Die Vortheile der Freyheit der Gläubigen des N. T. 2. Corinth. III : 17. 4.) Der einige Weg zu einer wahrhaften Vergnigung zu gelangen. Ps. LXXIII : 25. 5.) Die Herrschaft Jesu Christi vorgestellt als ein vollkommenes Muster , nach welchem die Obrigkeiten die Erde regieren sollen. Actor. II : 36. 6.) Die Seligkeit des Tods der Gerechten. Apoc. XIV : 13. 7.) Die Betrachtung des allgemeinen Tags des Gerichts. Apoc. XX : 12. 8.) Die Betrachtung des Ausgangs der Gerechten und Ungerechten. Matth. XIII : 30. 9.) Der Triumph Pauli durch die Predigt des Evangeliums. 2. Corinth. II : 14.
5. Die Zeugnisse der alten Heiden und Jüden von der Wahrheit der Geschichte und Lehren unsers Heilands untersucht von Josef Addissons und aus dem Englischen übersetzt , wie auch mit seinem

- seinen eigenen Gedanken begleitet von J. J. Sprengen, der deutschen Beredsamkeit und Poesie Prof. wie auch der D. G. in Leipzig, Bern und Basel Mitglide. 1745. in 8. phyll. 10.
6. Die zur Ehre Gottes und zum Heil des Menschen allernöthigste Glaubens-Lehren und Lebens-Regeln vorgetragen in Frag und Antworten, nebst einem allgemeinen täglichen Morgen- und Abend-Gebett, und einer Predigt über I. Corinth. X: 32. gehalten in der Ref. Kirchen-Versammlung zu Baden im Aergow von Hs. Jacob Pestalutz / Pfcr. zu Däliken und des Ehrw. Winterthurer Capitels Camerer. 1745. in 12. phyll. 8.
7. Die Liebe Jesu als der einzige und wahre Grund alles Segens, in einer Abschieds-Predigt, nach Anleitung der Worten Eph. VI: 24. vorgestellt und angedrungen von Joh. Casp. Ulrich gewesenen Diacon der Kirchen zum H. Geist, und nun Pfcr. zum Frau-Münster 1745. in 4.
8. Vom Natürlichen in Schäfergedichten wider die Verfasser der Bremischen neuen Beiträge ververtigt vom Ullius einem Schäfer in den Kohlgärten einem Dorfe vor Leipzig. Zweyte Auflage, besorgt und mit Anmerkungen vermehrt von Hans Gorgen gleichfalls einem Schäfer daselbst. 1746. in 8. phyll. 10. Scriptum hoc, in quo perpetua Ironia regnat, & omnes narrationis circumstantiae fictæ sunt, superioris Saxonie civem autorem agnoscit, qui recentiorum quorundam poetariorum in fingendis Carminibus pastoralibus licentiam ac luxuriem castigat & attico sale perfundit.

III. Typis vero Aurelii & Socc. exscripti sunt
sequentes Libri:

I. Martin Opitzens von Bobersfeld Gedichte.
Von J. J. B. und J. J. B. besorget. Erster
Theil. 1745. Forma 8. maj. phyll. 52. *Martinus Opitius*, Vir ad miraculum doctus, & cum
omnibus suæ ætatis Viris in re literaria Princi-
pibus singulari necessitudine conjunctus, citra
controversiam primus Linguæ Germanicæ ac
castæ Poeeos vernaculæ restaurator fuit. Sed
quum ejus Scripta poetica per dimidium ferme
Seculum superiorum temporum incuria neg-
lecta jacuissent, ante hos XXV annos Viri Cl.
J. J. B. & J. J. B. primi e situ & pulvere ea pro-
tracta Civibus suis pro dignitate commendare
ac in exemplum proponere sustinuerunt. Do-
lebant autem Viri eximii non extare nisi uni-
cam, quæ post Opitii fata lucem aspexit,
Carminum vernacularum Editionem, *Felgibe-
lianam* scilicet, quæ quanquam tumultuarie
omnia undique collegisset, quæ Opitii nomen
præ se ferebant, multis tamen modis adhuc
manca ac imperfecta est, atque adeo corruptam
ubique Lectionem exhibit, ut sæpe ac passim
citius ex pumice aquam, quam ex Poetæ ver-
sibus sensum aliquem elicere possis. Prima
ergo Editoribus his nostris cura erat, genuinam
Lectionem ex primis Carminum Editionibus
magnō studio inter se comparatis restituere, &
dein Opitianæ Poeeos articia ac virtutes a suis
caussis explicatas dare. Ac quotquot æqui ju-
dices esse volunt, ultro fatebuntur, me nihil
gratiæ dare, si affirmavero, non extare aliam

Germanici Libri editionem, quæ majore studio, diligentia, fide ac judicio fuerit procurata. Complectitur autem primum isthoc volumen præter Editorum ac ipsius Opitii Præfationes.

- 1.) Das Buch von der deutschen Poeterey.
- 2.) Aristarchus sive de Contemtu Linguæ Teutonicae. Post hæc sequuntur A. Geistliche Lob-Gedichte: nimicum a.) Lobgesang über die Geburt unsers Heylandes. b.) Dan. HEIN-SII Lobgesang Jesu Christi. c.) Ueber das Leiden und Sterben unsers Heylandes, in ungebundener Rede. d.) Auf den Anfang des 1621sten Jahrs. B. Weltliche Lob-Gedichte. scil. a.) Lobgesang auf den S. Anno Erzbischöff von Cölln, mit neuen Erklärungen unter dem Text. Hoc Carmen est prisci Sermonis Teutonici rara particula. b.) Mart. OPITII Adnotationes in Rhythmum de S. Annone. c.) Eine neue deutsche Uebersetzung dieses Rhythmi in ungebundener Rede. d.) Lob des Krieges-Gottes Martis. e.) Dan. Heinsen Lobgesang Bacchi. f.) Lobgedicht auf Herzog Ulrichen zu Holstein. g.) Lobgedicht an die Königl. Maj. zu Polen und Schweden. h.) Schäferey von der Nymfe Hercinie. i.) Lob des Feldlebens. k.) Zugabe zu dem Lobgesange Jesu Christi, bestehend in Daniel Heinsen Auslegungen über denselben, nach Opizens Uebersetzung.
2. Der Mahler der Sitten. Von neuem übersehen. in 8. 1746. 2. Volum. Quum nova prorsus sit hujus Libri, qui ex meditationibus singularibus circa hominum Mores hebdomadatim editis natus est, forma ac dispositio, singulo-

gulorum capitum, quæ ad CV assurgunt, argumenta proxime Z. Θ. sigillatim explicabimus.

IV. In Gymnasio Tigurino per hoc tempus hæ Exercitationes disput. editæ sunt:

1. Dissertatio physico - Mathematica de Corporum Motu & Viribus, quam Præside Viro Excell. JOANNE GESNERO, Med. D. Phys. & Math. Prof. O. pro consequendo Examine Philosophico alternatis vicibus tuendam suscepérunt XII. Candidati. ad. d. Febr. MDCCXLVI. cum figura ænea.
2. Meditationis de Caussis magis magisque invalescentis Incredulitatis & medela huic malo adhibenda Pars VIII. quam præsidente J. JACOB. BO ZIMMERMANNO, S. Theol. Prof. pro viribus defenderunt Candidati XI pro consequendo Examine Theologico ad dies XXVIII & XXIX Martii MDCCXLVI. In hac Dissertatione Vir Celeberrimus ac sagacissimus Superstitionem, Persecutiones ob Religionem, abusus varios Doctrinæ de Providentia, quo referri etiam possunt observata Impiorum hominum felicitas, abusus Jurisjurandi &c. ut causas Incredulitatem mirum quantum promoventes, stilo persequitur.

BERNA. Varias Academia nostra ex obitu Clariss. RINGIERII, Prof. Theol. principis subiit mutationes: Etenim Vir prolixè eruditus SAMUEL SCHEURERUS relicta Cathedra *Theologiae Elencticæ*, vacuam hanc Sedem, quæ docendæ *Theologiae didacticæ* inservit, occupavit. Huic vero ex

Decreto Supremi Senatus Academici successit Vener. & Eruditus J. RODOLPHUS SALCHLINUS, Catecheticæ Theol. hactenus & Ling. S. Professor. Ad Cathedram vero *Hebræo-Catechetica* post edita pro more Eruditionis specimina admotus est Vir Rever. & Celeberr. JACOBUS KOCHERUS Lingg. OO. in Academia Groningana Professor nuperrime designatus: Cujus extat *Tempeſi Helveticis* inserta *Dissertatio de Emphasi Sermonis in terna Interrogatione Christi ad Petrum Joan. XXI: 15. 16. 17.* Et parvum Schediasma in Observationibus Mischell. in Belgio collectis Tom. II. *de Etymo nominis Cnuphis aliorumque adjunium ex Aegypto repetendo.* Nova autem hæc munera ambo auspicati sunt Orationibus solennibus more recepto: Et quidem Clariss. SALCHLINUS *de Acerbitate plurium Doctorum Protestantium Pacis mutuae obstaculo.* Clariss. autem KOCHERUS *de Lingua Aegyptiaca* differuit.

2. Hic typis exscriptæ prostant: Observations ad varia V. & N. T. loca potissimum ex PINDARO desumptæ: Autore J. R. SALCHLINO, olim Græcæ & Hebr. Lingg. nunc Theol. Elenct. P. P. O. in 4.

3. Fœcundum suum Ingenium in illustrandis variis N. T. Locis adhuc strenue & indefesso studio exercet Vir Clarissimus J. GEORG. ALTMANNUS, ac tria nobis brevi temporis spatio hermeneuticæ ac criticæ Eruditionis documenta dedit, totidem Dissertationibus Academicis, quarum argumenta sunt: 1.) *Meditatio in Parabolam de Zizania non eradicanda*, Matth. XIII: 24. seqq. quam sub ejus Præsidio defenderat Fridericus Studer, Philos. Stud. ad d. XIV. Sept. MDCCXLV. In hac Dissertatione,
post

post brevem nexus cum superiore de agro vario successu consito demonstrationem, ipsam Parabolam ac præcipua ejus momenta perlustrat; in primis autem id agit, ut evincat per Zizanias non tam, nec præcipue, homines impios malo exemplo alias corruptentes, quam vero hæreticos & doctrina corruptos emblematicē designari. 2.) Exercitatio in Matth. II : 23. *Quo sensu Jesus Christus ab Evangelista vocetur NAZARENUS, ut impleretur quod dictum est per Prophetas, cum hujus appellationis nulla extet apud Prophetas mentio? quam sub ejus Præsidio tuiti sunt Samuel Hopf & Emanuel Rohr, Philos. Stud.* Et denique 3.) Exercitatio Philologico-Critica in I. Thessal. V : 23. *De Spiritus & Animæ integritate, & de differentia, quæ inter voces πνεῦμα & ψυχὴ in hoc & aliis Epistolarum Pauli locis ponenda est: quam sub umbone ejus propugnabant Emanuel Sprungli & Rodolphus Wild, Philos. Stud. ad d. XVIII. Jan. MDCCXLVI. Quum præcipua hujus loci difficultas posita sit in voce ψυχῆς, quam ex Platonica Philosophia multi explicare voluerunt, contendit Clariss. Altmannus per Affectus animi esse explicandam, atque ex hac acceptione per occasionem locis Philip. I : 27. & Hebr. IV : 12. lucem affundit.*

BASILEA. Post obitum Cl. JOANNIS GRYNAEI placuit Viro Celeber. JO. BALTHASAR BURCARDO, S. Th. D. Cathedram Loc. Comm. & Controv. Theol. cum N. T. Professione ex Ampliss. Senatus Acad. Consulto commutare, quam etiam ad IV. Sept. MDCCXLIV Oratione de Θεοπνευστα Scriptorum N. T. occupavit. Munus vero Professoris Locorum Comm. & Controv. Theol.

demandatum est Clariss. ac Literatiss. Viro JAC. CHRISTOPH. BECKIO, S. Th. Lic. & Historiarum hactenus Professori dignissimo; qui etiam post accepta *Theologiae Doctoris* insignia ad d. XXX Octobris MDCCXLIV munus sibi demandatum Praelectione inaugurali *de Variis Locos Communes Theologicos tractandi Methodis* auspicatus est. Vacuefactam autem *Historiarum Cathedram integrum* doctorum Virorum agmen certatim ac modeste ambiverunt. Ex quibus post edita varia Eruditionis Specimina Cl. V. J. Rodolpho Thurneysen, J. U. D. hæc Sparta sortito obtigit. Competitores ipsi erant numero X, qui suis Speciminibus varias observationes historicas tumultuarie collectas proposuerunt: Qui vero peculiare aliquod argumentum sunt persecuti hi fuerunt: 1.) GEORG. ANDREAS HEY, J. U. L. & in Acad. Petropol. Equestris quond. Prof. de Historico bono Viro. 2.) JOANNES STEHELIN, Med. & Chirurg. Doct. de gestis Belli inter acerrimam & maximam Helvetiorum nationem & Carolum pugnacem, Burgundiæ Ducem. 3.) M. JO. GEORGIUS ERZBERGER, S. M. C. de Nabuchodonosoro II Babyloniorum Rege. 4.) JAC. CHRISTOPHORUS RAMSPECK, A. L. M. & Med. Cand. de Cambyses secundo Persarum Rege. 5.) EMANUEL FÆSCH, A. L. M. de Divisione Imperii facta a Ludovico I. Imp. Cogn. Pii inter Filios. 6.) J. JACOBUS SPRENG, Ph. D. P. L. C. nec non Eloq. & Poes. Teut. Prof. de rerum Rauracarum usque ad Basiliam conditam Historia.

II. ap. Jo. Rod. Im-Hof prostant: JOANNIS GRYNAEI, S. Theol. Doct. & Prof. Aeivara, sive *Opuscula nonnulla Theologico-Miscellanea. Praefiguntur*

tur Auctoris Biographia. MDCCXLVI in 8. plāg. 20. Multum profecto debent, quotquot sinceræ pietatis solidæque eruditionis studio ducuntur, Clariss. D. & Prof. J. L. FREY, quod hæc opuscula & quasi *ιερὰ παταλεῖμυχτα* desideratissimi Collegæ tollenda potius, quam abjicienda aut negligenda statuit. Exhibit autem hæc Sylloge sequentia:
 1.) *Theses Juridicas miscellaneas*, quas pro summis in U. J. honoribus rite consequendis die XXIX. Jun. MDCCXXV publicæ disquisitioni submiserat.
 2.) *Theses miscellaneas ex Jure Nat. & Philos. Morali* desumptas, quas pro vacante cathedra Philosophiæ Moralis atque J. N. & G. ad d. IX. Decembr. MDCCXXVII publico examini submiserat. 3.) *Theses miscellas Logico-Philosophicas*, quas d. XXII. Oct. MDCCXXXI pro vacante Cathedra Logica publico Competitorum examini subjecerat. 4.) *טָקַרְבִּי לְחֶבֶר*, sive *Conlectanea Philologica ad Loca nonnulla Scr. S.* occasione vacantis Cathedræ Hebraicæ ad d. XX. Mart. MDCCXXXIII. publice proposita. 5.) *Praelectionem Theologicam de Propheta a Mōse promisso*. Deut. XVIII: 15. 6.) *Alteram*, in qua expenditur Quæstio: *An adventus Messiae ob peccata Iudeorum fuerit dilatus.* 7.) *Vindicias Miraculi J. C. in Dæmoniacis Gadarenis editi*, contra calumnias WOOLSTONI. 8.) *Thesum Theologicarum miscellanearum tumultuarium congeriem*, pro axiomate Doctoris Theologi rite consequendo, ad d. XXV. Octobr. MDCCXXXVII. 9.) *Fasciculum Thesum Theologicarum*, vacante Cathedra Locorum Communium & Controvers. Theol. ad d. III. Decembr. MDCCXXXVII. 10.) *Lectionem inauguralem de ratione disceptandarum Quæstionum in Theologia controversiarum*, ad d. IV. Febr. MDCCXXXVIII.

11.) *Lectionem inauguralement de Præsidiis, quibus instructum esse oportet N. T. Interpretem, ad d. XV. Novembr. MDCCXL.* 12.) *Orationem apologeticam pro bonis Literis contra Misomusos, dictam An. MDCCXLII, cum munus Rectoris Academicus susciperet.* 13.) *Actus Solennis Descriptionem cum V. Cl. J. B. Burcardum, recens designatum Loc. Com. & Controv. Professorein S. Theologiæ Doctorem renuntiaret ad d. XVI. Jan. MDCCXLI.* His præmisit Clariss. Editor Actum inauguralement, quum ipse sub auspicio Anni MDCCXXXVIII pie nunc defuncto GRYNAEO tiaram Doctor. Theologicam imponeret; qua occasione ex Academiæ consuetudine ejus Vitam moresque breviter perstrinxit ac designavit usque ad vocationem ad Prof. Theol. Loc. Com. & Controversiarum; ne vero imperfecta maneret hæc Biographia, visum est Clariss. Editori hic adjicere adumbrationem reliqui curriculi vitæ usque ad beatam Viri præclarissimi ἀνάλυσιν. Vehementer autem dolendum est, non esse in B. Autoris scriniis inventa, quamvis magno studio quæsita, quæ in I. Pauli ad Timotheum Epistolam præclare commentatus fuerat, atque ad umbilicum etiam perduxerat.

Quicquid sub terra est in apricum proferet ætas: Hoc Horatii dictum cottidiana fere experientia comprobatum, novo aliquo documento confirmabimus. Scribit Celeb. STEHELINUS ad Excell. GESNERUM suum d. XXVI Febr. MDCCXLVI Basilea: Mitto Iconem Antiquitatum quarundam, quas Rusticus quidam invenit in Monte Wasserfall in sepulcro eleganter scopulo inciso atque interius lateribus fictilibus cœruleo encausto obductis cincto. Inerant ipsi duo Sceleta satis integra, quorum alterum ornatam exhibuit phalangem digiti annularis æneo annulo. Ceterum & corpus & collum circumdata erant vittis ex Succini aut Sulphuris cuiusdam Minera confectis granis oblongis. Lumbi & dorsum circumdabantur ferreo cingulo & fibula ex eodem metallo, una cum plano ferreo, quod ornamento argenteo ferro intruso gaudebat. Clariss. SCHOEPEFLINUS non admodum antiqua ea censet.